



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 60. Contentio circa primam caussarum cognitionem inter Legatos, & Lunensem Comitem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæc. XVI

A. C. 1563.

terum hac de re Pontifex iussit sex diplomatum exempla Romæ dictari, eaque ad Legatos mitti, ut pro suo arbitratu ex his maxime opportunum selegerent: ipsi vero brevissimum selegerrunt, & per Oratorem Lusitanum illud ad Lunensem Comitem detulerunt, qui tamen illud acceptare præprimis renuit, eoquod in illo id, quod optabat expressum, non legisset, tametsi hæc forma, quantum desiderare poterat, ampla fuisset & Lusitanus, ac Cæsariani fassi essent, diploma sibi probari: denique post multas altercationes convenere, ut declaratio non a Pontifice, sed ab ipso Concilio fieret.

§. LX.

Contentio circa primam causarum cognitionem inter Legatos, & Lunensem Comitem.

Pallav. n. 6. Legati adhuc aliam controversiam cum Lunensi Comite expedire cogebantur circa articulum, qui tangebatur primam causarum cognitionem, seu ut vocant, *instantiam*: etenim Comes hoc decretum ita concinari petebat, ut nunquam, quamvis esset excepta auctoritas Pontificis, eidem liceret causam ullam primo delatam ex jure ordinario cognoscere; ex adverso Pape concedi volebat, quod diferte Synodi Decre-

Decreto derogare posset, si id vellet; cum autem ejusmodi decretum acceptari minime posse crederetur, hinc ex una parte Patres ad formandum Decretum selecti, qui numero erant sexdecim ex variis nationibus, non assenserunt: duo autem Hispani, scilicet Episcopi Asturicensis, & Civitatis, in eo tam firmi perstitere, ut subscribere recusarent formæ ab aliis confectæ, insuper Lunensis cum Legatis de eo tam acriter collocutus est, ut denuntiaret, quod tunc, si decretum illud ex voto suo non procederet, non velit adesse Sessioni, nec permissurus sit, ut quisquam ex Patribus Hispano Regi subjectis interesset.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

§. LXI.

Pontificis sententia contra plures Franciæ Episcopos de hæresi suspectos.

Cum hæc interea inter Legatos, & Hispanos cum ingenti animorum contentione agerentur, summus Pontifex Patrum Senatuum die vigesima Octobris habuit, ubi juxta Cardinalis Alexandrini, qui erat Inquisitorum Princeps, relationem, atque Fiscus Procuratoris preces cum unanimi Cardinalium judicio ibi expresso sententiam tulit in septem Episcopos, qui fuerant

Pallav. t. 6.
num. 7.
Thuan. l. 35.
num. 6.
Daniel hist.
de Franco
tom. 6.
pag. 360.